

D. I

Crismón. In nomine patris et filii et spiritus sancti amen.
Ego Adelfonsus dei gratia hyspaniarum imperator una cum
conjuge mea imperatrice domina Berengaria pro redemptione
anime mee. et parentum meorum. Facio cartam donationis et
confirmationis (*un roto, donde parece decir*: (Fratri)bus sancti
petri de cluniaco, et vobis domino Stephano Priori et ecclesie
(*un roto, donde parece decir*: (Sacr)atisse virginis Marie de
Nazara, et monachis ibidei deo servientibus, et omnibus
eorum subsequentibus, monastico ordine, in prefata ecclesia
de gentibus de omnibus illis que dedit mater mea urraca,
pii Regis Adefonsi filia, ecclesie beati petri de Cluniaco, et
ecclesie beatissime Marie de Najara, et monachis in prefata
ecclesia deo servientibus, videlicet de illa Arbergaria, ad opus
pauperum, deinde concedimus quandam villam que dicitur Ale-
sun, ad illuminationem altaris, dehinc sanctum Georgium de olia
castro, et covam cardelem, et villam Almundar, et in Alcozer
barrium de murel cum suo collazo, et ecclesiam sancti Martini
de occha, et ecclesiam sancti Romani de galinero, et in asturiis,

Sanctam Mariam de portu, et quandam villam heremam que prebo vocitata est, cum suo termino, et quoddam monasterium quod dicitur sancti Fausti. Has supradictas ecclesias et villas et hereditates, damus cum omnibus suis directis, et totam decimam de portatico de gronio, et de Najara. Addimus etiam vobis et confirmamus ipsam ecclesiam sancti Vincentii que est in ipso castello, cum omnibus decimis totius laboris nostri, panis et vini, peccorum, necnon et animalium in territorio naiarensi atque a grannone usque ad antilenam. Insuper confirmamus vobis et ecclesie vestre, omnes illas ecclesias et villas et hereditates, et testationes, quas parentes nostri et avus meus dominus Adefonsus, et comites et principes, et alii plures homines pro remedio animarum suarum ecclesie vestre tradiderunt. Has prefatas ecclesias et hereditates quas hodie habetis, et in antea deus vobis dedit: dono et concedo vobis et ecclesie vestre, ut hereditario jure teneatis, et habeatis in perpetuum, in tali foro, quale posuerunt Avus meus dominus Adefonsus, bone memorie, et Rex Garsias. Si quis autem de meo de mea gente, vel de aliena, hoc meum donum infregerit: sit maledictus, et cum juda proditore in inferno dampnatus, insuper duplet vobis hereditatem imperatori vero mille pectet morabitinos. Facta carta in Naiara, quarto idus novembbris ERA M.^a C.^a LXX.^a III.^a Adefonso imperatore imperante in Toleto, in Legione, in Cesaraugusta, in Najara, Castella, et Galicia, Ego Adefonsus imperator hanc cartam jussi fieri, et factam propria manu roborabi, postquam fui coronatus in Legione. *Signatura y dentro de ella:* Signum Imperatoris. *Subscripciones:* *Primera columna:* Garsias Rex pampilonensis, confirmat. Comes Roic martinez, conf. Comes Roy gomez, conf. Comes Roy pedrez, conf. Comes Lop diaz, conf. Gutierre Fernandez maiordomus, conf. Amalric Alferiz, conf. *Debajo y a lo largo de la signatura:* Giraldus scripsit hanc carfam, jussu magistri hugonis tunc temporis cancellarii imperatoris. *Segunda columna:* Garsias fortuninez de darocha, testis. Michael Archidiaconus de Najara, t. Stephanus farioth, t. Robertus de la barba, t. *Tercera columna:* Lop lopez de mendoza, testis. Garsias petriz, t. Johannes antoninus, t. *Cuarta columna:* Sancius najarensis episcopus, conf. Semenus Burgensis episcopus, conf. Garsias Cesaraugstanus episcopus, conf. Michael tyrasonensis episcopus, conf. Petrus palentinus episcopus, conf. Berfrannus, oxomensis episcopus, conf. Michael feliz merinus, conf. Magister Petrus capellanus, conf.